

Vorbemerkung:

Der folgende Text ist in angemessenes Deutsch zu übersetzen und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich zu erläutern.

I. Übersetzung

(Im Krieg gegen Hannibal ist Q. Fabius Maximus, wiewohl schon über 60 Jahre alt, zum Diktator ernannt worden)

At Libyae ductor, postquam nova nomina lecto
dictatore vigent, raptim mutata Latinis
imperia haud frustra reputans, cognoscere avebat,
quae fortuna viro, quodnam decus; ultime fassis
5 ancora cur Fabius, quem post tot Roma procellas
Hannibali putet esse parem. fervore carentes
angebant anni fraudique inaperta senectus.
ocius accitum captivo ex agmine poscit
progeniem ritusque ducis dextraeque labores.
10 hic ardens exire malis et rumpere vitam:
“non cum Flaminio tibi res, nec fervida Gracchi
in manibus consulta,” inquit. “Tirynthia gens est;
quam si fata tuis genuissent, Hannibal, oris,
terrarum imperium Carthaginis arce videres.
15 non ego te longa serie per singula ducam.
hoc sat erit, noscet Fabios certamine ab uno:
Veientum populi violata pace negabant
acceptare iugum, ac vicino Marte furebat
ad portas bellum consulque ciebat ad arma.
20 dilectus vetiti, privataque castra penates
Herculei implevere; domo, mirabile, ab una
patricius iunctis exercitus ibat in armis.
ter centum exiluere duces; quocumque liberet,
uno non pavidus rexisses bella magistro.
25 invasere hostem, numerarique aspera virtus
haud est passa viros, et plures milite caedes.
spes heu fallaces oblitaque corda caducum,
mortali quodcumque datur! grex ille virorum,

qui Fabia gente incolumi deformi putabat
30 publica bella geri, pariter cecidere deorum
invidia, subitis circumvenientibus armis.
nec tamen occisos est cur laetere; supersunt,
quot tibi sint Libyaeque satis; certaverit unus
ter centum dextris. tam vivida membra laborque
35 providus et cauta sollertia texta quiete.”

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Z. 1 Libya ductor

Benennen Sie den Fachterminus für diese Stilfigur!

2. Z. 3 avebat

Nennen Sie mindestens zwei weitere Angehörige dieser Wortfamilie und ihre Bedeutung!

3. Z. 18 Welche metrische Auffälligkeit weist dieser Vers auf?

4. Z. 27f. spes ... datur

Geben Sie eine syntaktische Analyse des Satzes!